



**Rvperti Ab||batis Monasterii || Tvitiensis Ordinis S.
Benedicti The||ologi antiqui, Opera duo, ut egregia sanè,
ita diu desiderata, multoq[ue] || labore perquisita, ac
sumptu haud ita modico ...**

Rupert <von Deutz>

Colonia, M. D. XXVI.

VD16 R 3796

De eo q[uod] ait, deu[m] time & ma[n]data ei[us] obserua, hoc e[st]
e[ni]m o[mn]is ho[mo] et q[uo]d absq[ue] timore dei o[mn]is ho[mo]
uiue[n]s sit uanitas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71860](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71860)

mo fit uanitas. Hinc idē alibi dicit: Veruntū uniuersa uanitas, omnis homo uiuens. Statimq; duobus hoc ipsum uersiculis astruit, quod hic explicatur longiori disputatione cōcionato ris. Veruntamen (inquit) in imagine pertransit homo, sed & frustra conturbatur. Thesaurizat & ignorat cui cōgregabit ea. Plane idem sensus ē in plurimis horū quæ hic dicit, ad dens etiam hæc. Rursus detestatus sum, omnem industriam meam et q̄ sub sole studio sissime laboraui, habiturus hæredem post me, quem ignoro utrum sapiens an stultus sit fu turus, et dominabitur in laboribus meis quibus defudaui et sollicitus fui. Et est quicquam tam uanum?

¶ Beo quod ait, deum time et mandata eius obserua, hoc est enim omnis homo, et quod absq; timore dei, omnis homo uiuens sit uanitas. Ca. XII.

Ro intentione libri huius Ecclesiastes, ad hoc breuiter dicendum, quod in solo fit deo sperandum, quoniam satis dictum arbitramur pro eo, neq; quod in homi ne neq; in alia creatura sperandum sit. In plerisq; Psalmoz sic fecerat et pater Dauid. Vbi dixit quod supra memorauimus. Veruntamen uniuersa uanitas, omnis homo uiuens, et cætera. Hoc demonstrare intendens, quod neq; in homine neq; in thesauro hominis sperandum sit, protinus ait: Et nunc quæ est expectatio mea? Quod idē est, ac si dicat. In quo ergo sperabo? Nonne in dño? Itemq; cum dixisset: Nolite confidere in principibus in filijs hominū, in quibus non est salus: causam quoq; subiunxisset cur in il lis nō sit sperandū, dicens: Exhibet spūs eius, uidelicet hoīs, et reuertetur hō in terrā suā, in il la die peribunt omnes cogitationes eoz, protinus exclamauit: Beatus cuius deus Iacob, ad iutor eius, spes eius in dño deo ipsius. Et cætera usq; ad finē Psalmi. Quibus in uerbis spē ex citare nititur excitatione rationabili, ut bonū quod permanet præferendū esse sentias omni quod transit. ¶ Iuxta hunc sensum cōcionator iste, concionis multitudinē ab immoderato amore reze transeuntū reuocare, & ad æternorum spem bonoz excitare cupiens, & hoc multiplici ratione peragens, talē in ultimo facit conclusionē. Finē loquendi omnes pariter audiamus. Deū time, & mandata eius obserua. Hoc est enī omnis homo. Et cuncta quæ fi unt, adducet deus in iudiciū, pro omni errato, siue bonū siue malū sit. ¶ Quō sapit tibi in pa lato cordis quod dixit, hoc est enī omnis homo: Verbū Est, qualē sensum efficit intellectu ui tuo: Talem nimirū efficere debet, qui pertineat ad eandē rationē, qua dixit æternus & incō mutabilis deus. Ego sum qui sum. Hæc dices filijs Israhel. Qui est, misit me ad uos. Egerat enī ab initio libri de correptione uanitatis, & cuncta corripiens siue discutiens cōprobaue rat: quia omne uanū, omne quod transit, utiq; sic est, quasi non sit, nec ipsum hominē excipi ens quicunq; in uanitate ambulauit. Ait enī: Dixi in corde meo de filijs hominū, ut proba ret eos deus, & ostenderet similes esse bestijs, iccirco unus interitus est hominis & iumen toz & æqua utriusq; conditio. Et cætera, quoz supra meminimus, cū illo Psalmi uersicu lo. Veruntamen uniuersa uanitas, omnis homo uiuens. ¶ Ut ergo sciat omnis contio, per quid fieri debeat, ut humana creatura liberetur à seruitute corruptionis: Homo iam nō sit uanitas, habens esse, habens participationē in idipm, cū æterno illo, qui dicit, ego sum qui sum. Hoc est (ait) omnis homo, deū timere, & mandata eius obseruare. Ablatiuo casu dictū grāmatici, intelligunt hoc, ac si diceret. Deū timendo & mandata eius obseruando, accipit esse homo, & gratia est, adhærendo deo, qui natura est. Nā qui adhæret deo, unus spiritus est. Alias autē hō siue sit rex Israhel in Hierusalē, siue rex in Babylone præpotens, quantif cunq; affluat delicijs, & fruatur bonis, ædificans sibi domos, & plantans uineas, faciēs hor tos & pomeria, et extruens aquarū piscinas, possidens seruos et ancillas, armenta quoq; et magnos ouīū greges, coaceruās sibi argētū et aurū, faciēs sibi cātiores et cātatrices, scyphos et urceos ad uina fundenda, quid prodest? Et hæc omnia uana sunt, et ipse uanitas est.

¶ Quod hæc duo, fides quæ in parabolis instruitur, et spes quæ in Ecclesiaste ro boratur, operetur per tertium, scilicet per charitatem, quæ in canticis loquitur.

Caput XIII.
Hæc duo, scilicet fides, quā designauimus in parabolis prædicari, et spes, quæ in Ecclesiaste roboratur, per multa argumenta contemnendæ uanitatis, operan tur per tertium, scilicet per charitatem, quæ aperta facie loquitur, sic incipiens.

Psalm. 38.

Ecclesiastes. 2.

In nulla crea tura sperandū.

Psalm. 38.

Psalm. 145.

Deū time, & mādata eius obserua. Ecc. 12.

Hoc est omnis homo.

Exo. 3.

Ecc. 3.

Quō liberat hō a seruitute corruptionis Psalm. 121.

Ecc. 12. 1. Cor. 6.

Ecc. 2.

Charitas i cā ticis prædicat